

MARTYROLOGIUM. REGULA SANCTI BENEDICTI. NECROLOGIUM

Stams, 14. Jh. Seite 85r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

ex cōmunicentur De oratorio monasterij Capl'm lxxiij Capitulum 52.

Oratorium hoc sit quod dicitur: nec ibi quicq̄ aliud geratur aut condatur Expleto opere dei omnes cum summo silencio exeant: et agatur reuerencia deo: ut frater qui sibi peculialiter vult orare non impediatur alterius improbitate Sed et si alter vult sibi forte secrecius orare: simpliciter intret et oret: non in clamosa voce sed in lacrimis et intencione cordis Ergo qui simile opus non facit non permittatur explicito opere dei remorari in oratorio sicut dictū est: ne alius impedimentū paciatur De hospitibus suscipiendis Capl'm lxxiiij Capitulum 53.

Omnes superuenientes hospites tamquā xp̄us suscipiantur: quia ipse dicturus est hospes fui: et suscepistis me Et omnibus congruus honor exhibeatur: maxime tamē domesticis fidei et peregrinis Vt ergo nunciatus fuerit hospes occurratur ei a priore vel a fr̄ibus cum omni officio caritatis: et primitus orent pariter: et sic sibi socientur in pace Quod pacis osculum non prius offeratur nisi orōne premissa: propter illusiones dyabolicas In ipsa autem salutacione: omnis exhibeatur humilitas + Omnibus venientibus siue discedentibus hospitibus inclinato capite vel prostrato omni corpore in terra xp̄us in eis adoretur: qui et suscipitur Suscepti autem hospites ducantur ad orōnem: et postea sedeat cū eis prior: aut cui iusserit ipse Legatur coram hospite lex diuina ut edificetur: ac postea omnis ei exhibeatur humanitas Ieiunium a priore frangatur propter hospitem: nisi forte sit precipuus dies ieiunij: qui non possit violari fr̄es autē cōsuetudinē ieiuniorum prosequantur aquam in manibus abbas hospitibus det Pedes vero hospitibus omnibus tam abbas quā cuncta

+ Diuisio.